

19. — Formula benedicendi ac imponendi scapulare in honorem sancti Joseph Sponsi B. M. V. Protectoris Ecclesiæ universalis¹.

APPROBATA PRO ORD. MIN. S. FRANC. CAPUCCIN.

Susceptorus scapulare genuflectat, et sacerdos, stola alba indutus, capite detecto, dicat :

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini, — R. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, qui custodiæ sancti Joseph, Sponsi Immaculatæ Genitricis tuæ Mariæ, committi voluisti, hoc vestimenti genus ad Ecclesiæ tuæ fidelium tutamen institutum, bene † dicere digneris : ut hic famulus tuus (*vel hæc famula tua*) sub ejusdem sancti Joseph protectione pie et tute tibi servire valeat. Qui vivis et regnas, etc.

Postea sacerdos scapulare aspergit aqua benedicta, illudque deinde imponit dicens :

Accipe, frater (*vel soror*), scapulare sancti Joseph Sponsi beatæ Mariæ Virginis, ut eo protectore et custode, contra diaboli nequitas defensus (*vel defensa*), ad vitam pervenias sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

Deinde, flexis genibus, trina vice una cum adscripto, dicat vernaculo idiomate :

Sancte Joseph, Protector noster, ora pro nobis. — Saint-Joseph, notre Protecteur, priez pour nous.

Pour obtenir ces pouvoirs, s'adresser au T. R. P. Général des Capucins, à Rome, *Via Boncompagni*, 71, ou au Provincial de la province des Capucins la plus proche. Voir plus loin, n. 44, une formule de demande.

20. — Benedictio ad omnia.

Hæc benedictionis formula adhiberi potest a quovis sacerdote pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur in Rituali Romano.

1. Voir t. I, p. 569.

ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini, — R. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum,

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Deus, cujus verbo sanctificantur omnia; benedictionem tuam effunde super creaturam istam (*vel creaturas istas*), et præsta, ut quisquis ea (*vel eis*) secundum legem et voluntatem tuam cum gratiarum actione usus fuerit, per invocationem sanctissimi nominis tui, eo rporis sanitatem et animæ tutelam, te auctore, percipiat. Per Christum Dominum nostrum. — R. Amen.

Deinde illam (vel illas) sacerdos aspergit aqua benedicta.

21. — Modus benedicendi aquam sancti Ignatii¹.

PRO SOCIETATE JESU APPROBATUS.

ÿ. Adjutorium nostrum, etc.

ÿ. Sit nomen Domini, etc.

ÿ. Domine, exaudi, etc.

ÿ. Dominus vobiscum, etc.

OREMUS. — Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem nominis tui benignus assiste; ut intercedente beato Ignatio Confessore tuo, famulos tuos ab ægritudine liberatos et sanitate donatos dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni prosperitate restituas. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, etc. — R. Amen.

1. Nous ajoutons ici la formule de bénédiction de l'eau de Saint-Ignace, en faisant bien remarquer, cependant, qu'aucune Indulgence n'est attachée à l'usage de cette eau. — Comparez : *Eau bénite de Saint-Ignace de Loyola*, par Ed. TERWECOREN de la Compagnie de Jésus, Bruxelles, 1874. — Le 30 août 1901, par le bref *Nobis curavit*, il a été accordé de nouveau pour dix ans au Père Général de la Compagnie de Jésus de donner aussi à d'autres prêtres le pouvoir de bénir, avec cette formule, de l'eau de Saint-Ignace (aucun de ces prêtres cependant ne peut en faire usage sans le consentement de l'évêque diocésain) et de subdéléguer aux supérieurs des missions la faculté d'accorder ce pouvoir à leurs prêtres. — Pour obtenir ce pouvoir, s'adresser au T. R. P. Général (Rome, *Via S. Nicola da Tolentino*, 8) ou à la plus proche maison de la Compagnie de Jésus.

Immergitur aquæ numisma seu reliquarium S. Ignatii, et immersum tenetur usque ad finem hujus Orationis :

Bene † dic, Domine, hanc aquam, ut sit remedium salutare generi humano; et per intercessionem beati Ignatii, cujus numisma (*vel reliquiæ*) in eam immergitur (*vel immerguntur*), præsta, ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem et animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. — R̄. Amen.

Educitur ex aqua numisma seu reliquarium.

OREMUS. — Deus, qui ad majorem tui nominis gloriam propagandam novo per beatum Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti, concede, ut ejus auxilio et imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cœlis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui, etc. — R̄. Amen.

II

FORMULES DE RÉCEPTION DANS LES CONFRÉRIES.

22. — Benedictio et impositio scapularis sanctissimæ Trinitatis.

PROPRIA ORDINIS SS. TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM¹.

Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris dicit :

ÿ. Adjutorium nostrum, etc. — R̄. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — R̄. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Domine Jesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es : obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti, quod sancti Patres ad innocentiae et humilitatis indicium abrenuntiantes sæculo ferre sanxerunt, tu ita bene † dicere digneris, ut hic famulus tuus (*vel hæc famula tua*) N., qui (*vel quæ*) hoc indutus (*vel induta*) fuerit vestimento, te quoque induere mereatur. Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. — R̄. Amen.

Postea aspergit aqua benedicta.

MODUS IMPONENDI DICTUM SCAPULARE.

ÿ. Adjutorium nostrum, etc. — R̄. Qui fecit cœlum et terram.

ÿ. Dominus vobiscum, — R̄. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. — Adesto, Domine, supplicationibus nostris : ut hunc famulum tuum (*vel hanc famulam tuam*), cui in tuo

¹ Voyez t. I, p. 342, et t. II, p. 108, où l'on trouvera à qui s'adresser pour obtenir ces pouvoirs. Voir plus loin, n° 44, une formule de demande.